DE INGRESSV SVMMI PONT. LEONIS X. FLORENTIAM

DESCRIPTIO

PARIDIS DE GRASSIS

CIVIS BONONIENSIS

PISAVRIENSIS EPISCOPI

EX COD. MS. NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA

ET NOTIS ILLVSTRATA

A DOMINICO MORENI

ACADEMIAE FLORENTINAE

NEC NON COLVMBARIAE SOCIO.



FLORENTIAE MDCCXCIII.

APVD CAIETANVM CAMBIAGI TYPOGRAPHVM REGIVM

ANNVENTIBVS PRAESIDIBVS.

VIRO CLARISSIMO

NICOLAO MANSIO

PATRICIO LVCENSI
IN PATRIA PRIMICERIO
ET ARCHIEPISCOPI LVCENSIS
PER DIOECESIM VICARIO GENERALI.

DOMINICVS MORENI
FELICITATEM.

CVm de suburbanis Florentinis Ecclesiis verba facere, illarumque primordia typis tradere suscepissem, monumenta innumera, & excerpta varia in Maglia-

bechiana Bibliotheca percurrere mihi obtigit; inter quae Leonis X. Pont. Max. ingressum in hanc Urbem a suo Caeremoniarum Magistro graphice enarratum sors mihi feliciter obtulit. Quamvis autem pro re nata hoc Historiae fragmentum meis votis maxime profuisset; ne tamen nimietas Lectori molestiam afferret, ipsum mutilum operae pretium fuit in meis scriptis collocare, ne etiam voluminis moles longius protraheretur. Hac tamen pervulgata notitia amicorum assiduitas, quae me tam pretiosum antiquitatis Patriae nostrae monumentum ab oblivione vindicare, & ipsum integrum, numerisque omnibus absolutum in lucem proferre persuaderet, non defuit. Eruditorum igitur votis obsequens hunc exiguum qualemcumque laborem Tibi praecipue V. D. nuncupare necesse fuit, ut in Te haberet, qui eiusdem pretium valide publicaret, & a malevolo-

rum,

rum, desidiosorumque doctae antiquitatis obtrectatorum inscitia defenderet. Ferat itaque modestia Tua munus obsequentissimum in Tuae benevolentiae testimonium, qua me in meo decemnali Lucensi Tyrocinio comiter, & urbane cumulasti. Innatam animi nobilitatem, magnam virtutum seriem, bonarum artium amorem, studiosam, variamque eruditionem non iniuste commemoro, & quae Tui Nominis gloriam ornamenta perficiunt. Et si Concives Tui una voce, communique plausu Te pro meritis ad Archiepiscopalem Patriae Tuae Sedem in eligendorum numero recensuerunt, quanti te faciant, facile demonstrarunt, namque, ut ait Plinius, *Nemo omnes, omnes neminem fefellerunt*. Tu tandem dulce decus, praesidiumque meum, hoc quodcumque munusculum Tui Nominis splendore superbum libentibus ulnis recipe, Tuique patrocinii clypeo defendens in

meae

meae venerationis, & obsequii tesseram, & me ipsum Tuis in me meritis obsequentissimum benignis oculis intuearis rogo, & obtestor. Vale.

Dabam Florentiae Kal. Maii 1793.

BENEVOLO LECTORI

DOMINICVS MORENI S. P. D.

CVm plures mecum sint conquesti, quod in medium proferens in IV. Volumine nuper edito, cui titulus; Notizie Istoriche de' Contorni di Firenze *Historiam de Ingressu Sum. Pont. Leonis X. Florentiam, ex celebri Diario hactenus inedito Caeremoniarum Pontificiarum Magistri in Bibliotheca Magliabech. delitescente, depromptam, in integrum non retulerim, immo abraserim, cum sit plurium anecdotorum Civitatem nostram mire illustrantium, & pene omnibus ignotorum Historiographis, referta, ut votum ipsorum incassum non tantum abiret, sed nec in longius protraheretur, totis illico viribus curavi. Quis propterea sit auctor Diarii huius, quod doctiss. Christ. Gotofredus* Hof-

Hoffman in Opere, quod inscribitur: Nova Scriptorum, ac monumentorum &c. collectio *Tom. I. pag.* 370. opus rarissimum, *appellat,* multorumque votis hactenus expetitum, *breviter pertingam. Diarii huius Auctorem esse Paridem de Grassis, qui inter eos, qui de Romana Curia scripto aliquid tradiderunt, iure nactus est, a nemine inficiatur. Is Bononiae ex Patre Balthassarre de Grassis, & ex Matre Orsina de Bucchis ortum habuit. A puerilibus annis in Divi Petronii Ecclesia anno MCCCCLXXV. Canonicatum obtinuit, quem anno MCCCCLXXXIV. ut ad alium in eiusdem Civitatis Maiori Ecclesia promoveretur, abdicavit. Romam profectus, a Sum. Pontif. Iulio II. VII. Kal. Iunii MDIV. Caeremoniarum Magister, ut ipsemet testatur, fuit declaratus. Studium, diligentia, & alacritas, qua Caeremoniarum Antistitis officio defunctus est, tanta fuit, ut a Leone X. anno MDXIII. die IV. Aprilis renunciari Episcopus Pisauriensis promeruerit referente Ughellio T. II.* Italiae Sacrae *pag.* 863. *qui addit eum inauguratum*

fuis-

fuisse in Ecclesia S. Laurentii in Lucina, ab Achille Fratre de Grassis, assistentibus Episcopo Trevisiano, Romae Gubernatore, & Dyrrachinensi Episcopo Pontificis Sacrista sexta die Maii, altera post Pentecosten die, & solemni demum ritu, pompaque possessionem iniisse die XVIII. Ianuarii MDXV. Praefuisse etiam Ecclesiae Tiphernati perperam Alidosius in Historia Episcop. Bonon. *adfirmat, ast iure ab Ughellio loco cit. refellitur.*

Auctor noster nonnullas vices amarè subiit, quas, cum silentio praeterire nequeam, leviter pertingam. Cum Christophorus Marcellus Archiep. Corcyrensis Electus Venetiis anno MDXVI. in lucem emisisset Rituum Ecclesiasticorum, sive Sacrarum Caeremoniarum S. R. E. Libros tres, *& quidem cum Pontificio Leonis X. privilegio dato sub finem eiusdem anni, hanc editionem adeo graviter tulit Paris, ratus arcanos eiusmodi Ecclesiae ritus non esse proferendos in vulgus, ne in contemptum tandem venirent, ut querelas de hac editione deposuerit apud Pontificem, apud quem accu-*

sa-

savit plagii Archiep. Corcyrensem, propterea quod Augustini Patricii Piccolominei Episcopi Pientini opus de Sacris Caeremoniis sub suo nomine vulgasset. Rem primo retulit ad Cardinales, ex quibus plures commoti sunt, quod Caeremoniae Sacrae, & mysteria eorum divulgata fuerint (1). *Deinde querelae ad Pontificem delatae, qui* prima facie turbatus dixit, se facturum, quod Cardinalibus placeret. At quia Cardinalis S. Crucis forsan fuerat causa, quod imprimeretur Liber ille, dixit non malum esse. *Sed tamen cavit, ne ullus eius exemplar divenderetur, dum in proximo Consistorio super hoc negotio statutum fuisset. Haec facta sunt anno MDXVII. die XI. Martii. Mense sequenti post festum S. Marci Paris prolixam hac de re Epistolam a se scriptam legit in Consistorio, in qua eorum sententiam refellere conatur, qui* existimant Religionis Christianae caeremonias ad publicam mortalium utilitatem esse divulgandas; *aitque, si haec semel licentia invaluerit,*

(1) Quae signantur verba ex Diario Paridis sunt deprompta.

rit, Summi Pontificis venerationi magnopere detractum iri, quem, cum ut Deus aliquis in terris ob haec arcana Sacra, quae tum rerum magnitudine, tum varietate divinitatem quamdam praeseferre videantur, *existimetur, & credatur, iis publicatis mox hac opinione cadere necesse sit, reducique in caeterorum mortalium classem. Gravi itaque poena dignum esse Electum illum Corcyrensem, qui Librum Caeremoniarum S. R. E. furto surripuisset, atque in lucem emisisset temere, suppresso etiam veri auctoris nomine; immo ad mille, & supra corruptiones admisisset in editis libris. Ad extremum petiit Paris* Librum Caeremoniarum nuper impressum omnino comburi simul cum falso Auctore, aut saltem ipsum Auctorem corrigi & castigari. *Pontifex vero Paridis petitiones iussit communicari tribus Cardinalibus, ut eas expenderent. At ipsius postulatio pro eius votis non successit, cum neque liber editus, neque eius editor ignis poenam non substinuerint; immo frequentiores Libri editiones, tanti non habitas fuisse Paridis querelas, ut opus sup-*

supprimeretur, facile testantur. Forte ei deerat opportunum consilium, cum non facile damnari potuerit libri editio, quae cum amplissimo Pontificis privilegio typis emissa erat. Ast de hoc satis, cum plura, quae contra Auctoris nostri audaciam faciunt, legi possunt apud Apostolum Zenum, virum numquam sine elogio nominandum, in Dissertat. Vossianis Tom. II. pag. 108. *& seqq.*

Singulare, & lepidum est, quod ex Mabillonii Itinere Italico *pag.* 74. *retulit Baylius in* Dictionario *sub voce* Grassis, *acerba admodum censura contra Auctorem nostrum usus, quem inter eruditos impostores referre non dubitat, quamvis Paridis factum, prout observat Mabillonius, magis ad iocum accedat, quam ut decipiendi, aliisque imponendi animum referat. Res ita narratur. Confinxerat ipse epitaphium Mulae inscriptum, quod sic incipiebat:* Dis pedibus saxum &c. *Sculptum illud ex marmore in quadam eius vinea sepultum fuit; postea simulans se velle quasdam arbores plantare, iussit foveam, & scrobem eo in loco fieri,*

ubi

ubi marmor abditum erat. Cum vero fodiendo illud esset inventum, id de sua Mula praedictum fuisse dixit. Addit Mabillonius, marmor illud multos annos ut derelictum ibidem restitisse, cum res per iocum acta fuisset; deinde autem antiquitatis specie multos decepisse, opinantes, id esse antiquum marmor, & a Paride Mulae suae inscriptum Thomam Porchacchium inter alios hoc Epitaphium pro genuino, & antiquo habuisse in Libro Funeralium: *immo Alexandrum VII. in* Adversariis *suis (ut fertur) notasse, id repertum fuisse prope S. Petrum. Quae tamen omnia citra mentem, & votum Paridis de Grassis accidere potuerunt.*

Tandem XII. Kal. Iulii MDXXVIII, cum se antea munere suo Caeremoniarum Magistri abdicasset, vitam cum morte commutavit. Eius corpus Romae apud S. Petrum conditum est, ubi praetereuntes nullam legunt Inscriptionem. Bononiae vero in Ecclesia Cathedrali haec habetur:

PARIS DE GRASSIS EPISCOPVS PISAVR.
APOSTOLICAE SEDIS
CAEREMONIARVM MAGISTER
COLLEG. HVIVS CAPELLAE
A. B. M.

Hactenus de Diarii Auctore, modo quaedam de eius scriptis, quae sequuntur, dicenda sunt:

De Caeremoniis Cardinalium, & Episcoporum in eorum Diaeces. Libri duo. Romae apud Antonium Bladum 1574. *&* 1580. *in* 4. in Aedibus Populi Romani. *Iterum* Venetiis 1582. *& tandem* Romae 1587.

Ordo Romanus. *Prostat in Tractatu* de Antiqua Ecclesiae Disciplina in Divinis Officiis. *Edm. Marten.* c. Lugduni 1706. *pag.* 595.

Ordo Regum, & Principum Christianorum anno 1511. sub Iulio II. *MS.*

De Concilii Later. indictione, materialique structura, paratu, & pertinentiis universis. *Prostat MS. in Bibl. PP. Canonic. S. Salvatoris Bononiae.*

Utra

Vtra ex Statuis Apostolorum Petri, & Pauli in Capella Palatina, altera sit alteri rite praeferenda, qualiter, & locanda. *MS. apud Zanettos.*

Diarium Curiae Romanae. *MSS. quinque distinctum Voluminibus in Biblioth. Magliab. Christ. Gotofredus Hoffman in Opere superius cit. Tom. I. pag. 363. & seqq. edidit* Excerpta ex Paridis de Grassis Episcopi Pisaurensis, & Magistri Caeremoniarum sub Leone X. S. P. Diario Curiae Romanae ab anno MDXVIII. usque ad MDXXII. quo se ab hoc munere abdicavit. Opus quod plerumque sub titulo Caeremonialis Romani citatum nunc primum de Manuscripto editum. *Et Mabillonius T. II. pag.* 587. Musaei Italici *aliud Diarii huius fragmentum, quod ad ann. MDXVII. referendum, edidit, in quo recensetur* actio a Paride contra Marcellum, Electum Corcyrensem, instituta, *de qua superius. Hoc in Opere Auctor noster adeo memoratu digna prodidit, ut huius usus saepe saepius insignis in illustribus de Caeremoniis, atque in primis Prin-*

ci-

cipum inter se de praecedentia controversiis agnitus fuerit ; & Zacharias Zwanzig in Theatro praecedentiae *frequenter istud provocat, eiusque auctoritate fulcitur.*

Notandum, quod, prout iacent in Magliabech. Codice verba, etiamsi vel amanuensis incuria, vel auctoris imperitia error aliquis scateat, hic adamussim referuntur.

DE INGRESSU SUMMI PONT. LEONIS X. FLORENTIAM.

CUm per diversa loca Agri Florentini Pontifex solatianter spatiatus esset (1), & denique in Villa, quae de Marignolle permansisset, tandem die S. Andreae inde venit ad Monasterium Suburbanum Monialium dictum

A San-

(1) Antequam Pontifex Florentiam ingrederetur sexto Kal. Decemb. 1515. Ecclesiam S. Mariae Virginis, vulgo *dell' Impruneta*, quam maxima a puerilibus annis veneratione prosequebatur, cuique pretiosa munera elargitus est, adire voluit. Sed ipsummet Pontificem audiamus; ait igitur in quodam suo Brevi datum Florentiae anno Incarn. Dom. 1515. VII. Kal. Februarii; *Cupientes ut Parrochialis Ecclesia Plebs nuncupata S. Marie in Pruneta Flor. Diec. ad quam nos in minoribus constituti, etiam ab ipsa ineunte etate maximas reverentiam, & devotionem semper habuimus, prout habemus, concedimus &c.* Ne tanti Viri venerationis, & elargitatis monumentum periret, cum stemma gentilitium cum Epigraphe *Leo X. Pont. Max.* extra Ecclesiae fores positum esset, & iam temporis iniuria pene laberetur, Antonius Benivenius Vicarius in spiritualibus Card. Archiep. Flor. Alexandri de Medicis decrevit, quod *Insignia fel. Rec. Leonis X. Sum. Pontif. de illa Ecclesia optime meriti, quae vix conspiciuntur adhuc extra, & supra Portam maiorem Ec-*

S. Gagii, ubi Corpus Christi repositum fuerat, pervenit (*sic*), ubi Cardinales in Cappis rubeis vestiti eum expectaverunt, & inde sola Stola super Albam

bam

Ecclesiae, iniuria temporum fere abolita, & consumpta, instaurentur, & in pristinum statum, & Arma, & Literae in honorem tanti Pontificis reponantur. Iterum Romam reversurus XI. Kal. Martii eo rediit.

Triduum moram traxit, dum accessus ei ad urbem pararetur, in suburbana vetustissima Villa Iacobi Gianfigliazzi in loco, qui vulgo dicitur *Marignolle*, ab Urbe duo circiter millia passuum distans. Cambius in sua Flor. Historia ait: „ A dì 26. di Novembre arrivò (Leone X.) a Marignolle a casa di Iacopo di Bongianni Gianfigliazzi un miglio lontano dalla Città, e quivi dimorò tre giorni a riposarsi, perchè gli apparati, e i trionfi non erano all' ordine, per esser piovuto un mese, da che si partì da Roma per insino a dì 21. Novembre, che la Luna dette la volta per modo, che dette grandissimo disagio, e le vie si durava gran fatica a farle acconciare ec. „ Ibi adhuc legitur haec inscriptio.

LEO X. PONT. MAX.
CVM PRIMVM PONT. FLORENTIAM VENIRET
OB ANTIQVAM FIDEM DEVOTIONEM
ET MERITA GIANFIGLIAZIAE FAMILIAE ET IN EA IACOBI
FILIORVMQVE EIVS
SVBVRBANVM HOC INTER TOT ALIA ELEGIT
IN QVO TRIDVVM ESSET DVM ACCESSVS EI AD VRBEM
PARARETVR
A DIE XXVII. AD XXX. NOVEMBRIS MDXV.
PONT. SVI ANNO III.

Et alibi

Dulcis, & alta quies Decimo pergrata Leoni
Hic fuit hinc sacrum iam reor esse locum.

bam paratus recedens descendit ad aliud Monialium Monasterium. Sic enim rogatus a Populo fuerat, ut ibi caperet paramenta, prout sanctae memoriae Eugenium (IV.) fecisse dicebant, & sic fecit, nam ibi Pluviale pretiosum novum induit, & ad urbem pervenit sequentibus Cardinalibus, ubi in Porta de more Crucem sibi a Cardinali de Medicis oblatam obsculatus est sede ejus ad terram demissa, sic volente ipso, & ibidem incepit Thesaurarius Papae pecunias in Populo dispergere, quamquam paucas, ut dixerunt. Ego autem ordinaveram, ut tria millia ducatorum dispergerentur in hoc Florentiae ingressu, sicut sanctae memoriae Iulius (II.) in ingressu Bononiae.

De aliquibus quaesitis super ingressu Papae in Florentiam.

COeterum antequam Pontifex ingrederetur Civitatem, quaesivi a Sua Sanctitate, super quibus volebam resolvi, sicut est. In qua Ecclesia extra Portam velit induere paramenta, an S. Gagio (1), vel in Monticellio (2), & dixit quod in u-

 tro-

(1) Monasterium hoc celeberrimum adhuc extat, cuius origo, & descriptio habetur in II. meo Volum. pag. 81, quod inscribitur: *Notizie Istoriche de' Contorni di Firenze*.

(2) Hic Parthenon anno 1260, ut dixi cit. loc. pag. 75. constructus fuit extra Urbem, & Portam Sancti Petri Cattuarii, non procul a via, quae Senas ducit, in clivo montis, qui nunc vulgo *Poggio Imperiale* vocitatur; & locus extabat inter recens Monasterium S. Mariae de *Pace*, & viam, quae ad Praetorium Po- dii

troque volebat respective indueri propter consolationem Monialium, & propter suam commoditatem, & de hora ingressus dixit, quod de mane, quia sciebat propter ceremonias, & propter turbas, & longas vias esset in nocte vix hospitatus. An placeat habere CC. torcias ante Sacramentum, & fuit contentus; de Baldachino portando non voluit, quod aliquis illud ferret, nisi Cives ordine ipsorum, dummodo Priores cum Vexillifero Iustitiae prima vice illud ferant, prout factum fuit. De Cubiculariis, & Scutiferis noviter creatis per Collegia, quaesivi quid vellet, & an ante, & supra antiquos ponerem, & dixit, quod ex istis, ille qui erat, antequam assumeretur ad Papatum, praecederet, deinde sequerentur noviter creati, & ultimo loco irent, qui venissent tempore Paschali. De Datario, qui non haberet locum, an placeat facere illum Subdiaconum supernumerarium, etiam cum habitu, & loco, & placuit. An Thesaurarius, qui non est solitus portare Rochetum, pro illa die induat, & cum illo indutus absque Capello proiiciat pecunias in Populo. Et an placeat, quod Umbella nova fiat,

---

dii Imperialis recto ducit. Hunc Octavianus Ubaldinius Cardinalis aedificavit, cum animadvertisset angustiam Asceterii, quod Sanctimoniales iam ab an. MCCXIII. sub regimine, ut fertur, B. Agnetis sororis S. Clarae, ac deinde B. Clarae Ubaldiniae, habitabant extra Portam S. Frigidiani prope Ecclesiam S. Donati ad Scopetum, de quo fuse ibi Volum. IV. pag. 55. locuti sumus. Quum obsidio Florentinae Civitati anno MDXXIX. immineret, iussae sunt Sanctimoniales suum Monasterium deserere, quod deinde funditus eversum est.

fiat, quia antiqua fuit demissa per oblivionem Romae, & facta est una Umbella nova, similiter de Capellis ad minus duobus, pluribusve, idest in totum tribus papalibus, quae antea ferantur, & factum est ita. An placeat, quod Sarcinae ad minus quinquaginta antecedant pompam, & voluit CC. antecedant cum omni ornatu, & ordine. De equis nobilibus, quot antecederent, & placuit, quod centum optime ornati irent, quod nullae bombardae sonarent in ingressu propter stuporem dictorum equorum, & aliorum, ut nullum laederent, & factum est sic. An placeat, quod darem Civibus, & Magistratui ordinem pompae, quem ipsi servare deberent, & placuit, dummodo nulla vexilla ferrentur, sicut in Civitate Ecclesiae, quia hoc relinquerem arbitrio eorum. An parari facerem aliquam collationem in Ecclesia altera, ubi Papa reciperet paramenta pro ipso Papa, & Cardinalibus, & statuit, quod super hoc consulerentur Cardinales, & satisfaceret eis. Item quia Vexillifer Iustitiae (1), ut mihi dictum fuit, non intendebat cedere Cardinalibus, nec eis transeuntibus assurgere, an placeret, quod hi in hoc casu a me ipso admonerentur, ut suum errorem cognoscerent, & in hoc Papa misit ad Vexilliferum, qui tres Cives ad Papam destinavit, ut referrent suae Sanctitati maioritatem, & auctoritatem Dominii Florentini, & Papa eos ad me remisit, qui fuerunt Iacobus Salviatus Cognatus Papae, Robertus Acciaiolus, & Lanfredinus de Lanfredinis, qui cum multa mihi dixissent, prae-

(1) Vexillifer Iustitiae erat Petrus Ridolfi Pontificis Cognatus.

praesertim, quod ipsi volebant suum Vexilliferum cum Dominis esse aequales Cardinalibus, ego subridens vanitatem huiusmodi iussi, ut remanerent in Palatio suo, quia non solum aequales ituri essent Cardinalibus, sed nonnisi, ut scutiferi eorum, idest pedites ante frenum Pontificis, quod cum mihi credere non vellent, adierunt Papam, & cum nisu exposuerunt censuram meam, quasi ego vanitatem exposuissem eis. Pontifex autem meum iudicium approbando dixit, aut non venirent in isto ingressu, aut si venirent, pedito incederent, & Baldachinum portarent, super quo facta est magna collocutio inter ipsos, & tandem acquieverunt in hoc verbo, licet ipsi Vexillifer, & Priores Domini, qui ante venerant ad Portam (1) Civitatis ascenderunt certum pegma, sive taxillum, & ibi sedentes nulli Cardinali exeunti obviam Pontifici assurrexerunt, nec minus Caputium e capite deposuerunt, quod cum ego vidissem, statui, quod nullus Cardinalis transiens elevaret oculos ad palcum, sive taxillum illud, ne contingeret eos videri, aut audire, & sic Vexillifer,

&

(1) In exteriori Portae pariete S. Petri Cattuarii insequens epigramma legitur:

LEO X. PRIMVS IN FLORENTINA GENTE
E NOBILISSIMA MEDICEORVM FAMILIA PONT. MAX.
BONONIAM PROFICISCENS FLORENTIAM PATRIAM SVAM
PRIMVS IN EO HONORE INTRAVIT
DIRVTA HVIVS MVRI PARTE
MAGNIFICENTISSIMOQ. RERVM OMNIVM APPARATV
ET LAETISSIMO TOTIVS CIVITATIS PLAVSV EXCEPTVS
DIE XXX. NOVEMBRIS MDXV. PONTIFICATVS SVI
ANNO III.

& Priores (1) remanserunt in sua vanitate, praeter id quod dixi Papae factum, & Papa misit ad eos ut omnino Cardinalibus assurgerent, & caput denudarent, quod vix acceperunt, tamen acceptarunt, & fecerunt insuper ordinari, quod Vexillifer nullus Claves Civitatis offerret Papae, sicut alii Magistratus consueverunt, & hoc quia ipsi Florentini Portam ad terram deiecerunt, & patefecerunt in totum. Quo autem ad sacram Processionem ordinavi, quod omnes de Clero Civitatis, quantumcumque exempti venirent sub poenis pecuniariis per me impositis exceptis Monialibus, licet etiam Papa dedit Monialibus volentibus venire, & videre licentiam veniendi ad loca honesta, ita ut viderent, sed non viderentur, prout multa Collegia Monialium Claustralium venerunt, & aliquae omnino abstinuerunt, multi etiam Religiosorum Conventus se excusare voluerunt, ne venire cogerentur, sed omnino venerunt, & comparuerunt, non tamen per vias ambulaverunt in processionibus illis, sed feci quod Vicarius Archiepiscopi (2) assignavit singulis Regulis locum suum,

---

(1) Priores erant Baptista Donius, Laurentius Mannuccius, Iannoctius Salviatus, Bonarotus Simoni, Cosmus Sassetti, Petrus Tornaboni, Bartholomaeus Panciatichi, & Bernardus Carnesecchi.

(2) Vicarius Gen. erat Petrus Gammarus Bononiensis, ut habetur ex pluribus Chartis Archivii Diplomatici ab anno 1514. usque ad 1520, in quibus saepe saepius commemoratur. Horum Vicariorum Flor. seriem ex Chartis eiusdem Archivii improbo labore depromptam, a nemine hactenus non tantum factam, sed nec etiam excogitatam, si Deus nobis vitam, otiumque concesserit, typis mandabimus.

suum, in quo unaquaeque Regula suum Altare quam festivissime erigeret, & ibidem stantes cantarent, dum aequitatus Papalis transiret a principio usque ad finem, quod placuit Papae, & Cardinalibus, ac etiam Civibus universis, & si qua contentio erat inter aliquos, ut saepe solet, Vicarius eas concordaret, & factum est de facili. Item ordinavi, quod ante triduum semper campanae sonarent. Item, quod omnis Clerus indesinenter oraret pro serenitate Coeli, & pro iter agentibus, usquequo Papa reversus fuerit in Urbem. Feci quod CC. Torciae portarentur ante Sacramentum per Clericos soeculares, & sub poenis consignarent illas Sacristae Matricis Ecclesiae. Feci, quod soli Canonici Matricis Ecclesiae portarent baldachinum Sacramenti per vices, & non alii. Feci, quod Cardinalis de Medicis (1) Diaconus esset in Porta cappatus, ut offerret Crucem Papae obsculandam. Item ante valvas Ecclesiae S. Reparatae idem Cardinalis affuit cum Thuribulo, & Aspersorio, & super Altari cantavit versiculos & Orationem, & Archidiaconus (2) incensato Pontifice inchoavit *Te Deum laudamus* &c. Duo Baldachina fuerunt, unum album ex Damasco cum flo-

---

(1) Nempe Iulius Archiep. Flor. Leonis X. ex fratre nepos, qui ad Pontificatus apicem sub nomine Clementis VII. evectus anno Sal. MDXXIII. Florentinam sibi desponsatam Ecclesiam Nicolao Rodulpho Cardinali viro nobilissimo, & de Romana Ecclesia benemerito commendavit.

(2) Archidiaconus tunc temporis erat Franciscus q. Thomae de Minerbectis, qui an. MDXXV. a Sum. Pont. Clemente VII. Episcopus Aretinae Ecclesiae est renuntiatus, cuique praefuit usque ad ann. MDXXXVIII.

floribus aureis intertextis pro Sacramento, aliud autem aureum, idest ex panno aureo super Papam cum perticis auratis. Iuvenes autem C. pedites in ornatu nobilissimo cum baculis auratis, & totidem equestres similiter exornati praeter centum Cives equites, & Doctores, ac nobiles, qui omnes erant equestres in Ecclesia S. Reparatae, sive S. Mariae de Flore. Erat in Porta Ecclesiae usque ad tribunam elevatus Pons, quasi duas cannas, & largus tres, sicut est in Ecclesia S. Iohannis Lateranensis, quando fit Coronatio novi Pontificis, & hoc factum est propter Populi multitudinem, quae fuit innumerabilis, arcus (1) erant

(1) Alii Arcus, qui erant per Civitatem diligenter in quadam Historia adhuc inedita, describuntur, in qua dicitur: „ Entrò la Santità di Leone X. dalla Porta a S. Gaggio, la quale trovò ornata di un bello, e vago arco fatto a similitudine di quelli delli antichi Romani, dipoi se ne venne a S. Felice in Piazza, dove trovò il secondo Arco, dove era l' immagine di Lorenzo suo Padre con un verso, che diceva: *Hic est Filius meus dilectus;* il che da S. S. veduto, e letto fu visto alquanto lagrimare; dipoi addirizzatosi su per via Maggio arrivò al Ponte a S. Trinita, il quale trovò ornato di due bellissime macchine: una era all' entrare del Ponte in forma di arco, nella sommità della quale era scritto *Leoni X. laborum victori*, e l' altra era di là dal Ponte di verso S. Trinita, e quest' era un' altissima Guglia. Passato il Ponte arrivò a S. Trinita, e dipoi sul canto, dove si abboccano le due strade, una detta Parione, e l' altra Porta Rossa: quì vi era fatto un' altra Macchina in forma di un tondo Tempio, avanti al quale un Vestibolo in forma di Luna, nel fregio del quale erano lettere, che in sostanza significavano esser questa Città in protezione

erant XII. pulcherrimi, & ditissimi, aequalibus distantiis elevati, & super istis erant cantilenae diversae, quas Papa libenter audire videbatur, & inter arcum, & arcum erant variae structurae si-

---

zione di due Leoni, e due Giovanni felicissimamente posarsi, intendendo per l'uno il celeste Batista, e per l'altro il terrestre de' Medici: dipoi addirizzandosi su per Porta Rossa, arrivato in Mercato Nuovo, quivi trovò un'altissima Colonna molto ben lavorata, dipoi per Vacchereccia arrivò in Piazza de' Signori, dove sotto gli archi della Loggia, che de' Tedeschi si chiama, era fatta una grandissima Statua di Ercole colla Clava in sulla spalla, dipoi torcendo verso il Leone, che è sul canto della Ringhiera, quivi trovò un altro arco bellissimo, il quale era diviso in quattro, e per il suo mezzo faceva due strade, posato su otto bianchissime Colonne scannellate, nella sommità del quale era scritto: *Leoni X. P. Max. propter merita*; e così passando dal Sale, e da i Gondi arrivò al Palazzo del Potestà, dove era dirimpetto a Badia fatto un superbissimo arco, e allato alla Porta di detta Badia ve n'era fatta a similitudine di quella un'altra finta; e questo per non essere la detta Porta a dirittura nel giusto mezzo della via del Palagio a tale che la falsa dalla vera non si distingueva, e sopra quest'arco fu scritto: *Leoni X. Pont. Max. Fidei Cultori*; e seguendo la strada dal Canto de' Pazzi, e venendo da' Fondamenti quivi sul canto d'onde prima si scuopre la Cupola trovò un altro arco bellissimo, il quale sembrava tutto di rosseggiante Porfido, e per la sua mirabile struttura fu tenuto il più bello di tutti gli altri, nella sommità del quale era scritto: *Spes eius in Domino Leo X. Pont. Max.* e girando dietro a essi Fondamenti pervenne in sulla Piazza di S. Gio. dove la faccia di S. Maria del Fiore era tutta rifatta da terra fino alla cima del tetto, e mostrava con bellissima invenzione essere tutta di pallidi marmi,

similes illis, quae videntur in Urbe Roma, videlicet Obeliscus, sicut in Vaticano, Columna sicut in Campo Martio, & huiusmodi usque ad Sanctam Mariam Novellam, ubi Papa prima nocte quie-

---

mi, che per loro stessi denotassino per lunghezza del tempo, e per le continove piogge essersi dalla lor natural bianchezza nel colore dell' orientali perle trasformati. „

„ La Chiesa dentro fu molto sontuosamente ornata, e parata, e fatto un palco dentro in Chiesa, alto da tre cubiti, e largo dodici, il quale cominciava dalla Porta principale, e andava a dirittura su per il mezzo della Chiesa fino all' Altar Maggiore, su per il quale camminando il Pontefice con quelli, che erano seco la sua benedizione al Popolo, che in sul basso pavimento della Chiesa era, largamente donava, e così per quello si condusse all' Altar Maggiore, dove fatte le debite solenni cerimonie S. S. si cavò il Regno di testa, e fu dato a quello de' quattro Prelati, che di sopra dicemmo, il quale non lo aveva, e dipoi si cavò di dosso li paramenti, e rimase in bianchissimo Roccetto, sopra il quale si messe la Mozzetta di velluto rosso con il Berrettino in testa del medesimo, nel quale abito fece il resto della Via per infino al suo alloggiamento, e così uscendo di Chiesa, e passando dal Canto alla Paglia arrivò al Canto de' Carnesecchi dove era fatto un vago, e bellissimo Arco con 10. Ninfe, che cantavano, e trall' altre in un quadrato era un quadretto dipinto un Leone, che colla propria lingua curava le piaghe di un ferito corpo con un motto, che diceva: *Omne dulce in ore Leonis*. „

„ Dipoi arrivato in sulla nuova Piazza di S. M. Novella, nel mezzo della quale era fatto un bello, e grandissimo Cavallo a similitudine di quei due, che sono in Roma a Monte Cavallo: Dipoi si trasferì in Via della Scala, e alla Sala, detta del Papa, dove era pre-

quievit(1), qui locus etiam magnifice exornatus est, & in eius Campo erat Equus auratus magnus, sicut ante aedes Lateranenses. Ordinavi quod omnes carcerati liberarentur, sed non omnes

preparato il suo alloggiamento. Era con bella invenzione fatta una bella macchina all' entrare di detta Strada, e all' entrata di detta Sala un' altra, sebbene l' intenzione dell' Artefice, che quivi lavorò, era, che tal lavoro fosse continovato dall' entrata della strada per infino alla Porta della Sala; ma dalla brevità del tempo impedito non potette condurre a perfezione se non le dette due parti principali. „

(1) Ex his verbis manifeste patet hac nocte tantum hic moras traxisse, non quidem, ut asserit Richa in *Histor. Ecclesiar. Flor. Tom. III. pag.* 117. usque ad diem III. Decembris, in qua Bononiam profectus est. Sed ipsum Paridem audiamus, cuius haec sunt verba: *Dixi Papae prima die Decemb. quid vellet facere in isto loco S. Mariae Novellae, & non habitare in domo sua propria, cum illam habeat amplam, & capacem. Respondit mihi Papa, quia alii Pontifices, & fere omnes Cardinales transeuntes, aut in Florentiam manentes semper ibidem habitant; replicavi hoc ideo evenire, quia nec Pontifex, nec Cardinales habent propriam habitationem, sicut ipse habet, & subridens Papa dixit me verum dicere, & propterea post prandium statuit inde recedere ad domum suam de Medicis*. Idem Anonimus ait: „ Il luogo della detta Sala (di S. Maria Novella) di dentro quanto splendidamente, e suntuosissimamente fosse apparato stimo meglio tacerne, che poco dirne, che in poche parole non si può dire la grandezza degli onori, che si fecione al Papa; non starò anche a raccontare i grandissimi rumori delle gazzarre, dell' Artiglieria, de' Mastj, e Archibusi, di melodia delle Campane di tutta la Città, che insieme colle grida del Popolo *Palle*, e *Papa* andavano alle stelle. „

omnes liberati sunt, tamen multi, & quod omnes qui ex quacumque funeratione lugubres essent, luctum deponerent. Cardinales fuerunt tres Cappis rubeis, qui numero fuerunt XX. (1) & Praelati in mantellis longis cum latis Capuccis, Papa autem fuit cum Pluviali pretioso amplo, & Thiara pretiosa, quam cum aliquandiu portasset, & gravaretur, deposuit, & illam Thiaram simplicem in via resumpsit, & sic usque ad Ecclesiam S. Reparatae delatus ista, Perafrenariis suis subcollocantibus, etiam Iuvenibus Florentinis ad hoc praeparatis, & similiter aliis, qui Baldachinum vicissim ferrent, & deputavi XXX. Cives Florentinos, qui per spatia viarum custodirent, ne ordo per me deputatus Processionis alteraretur, & super his omnibus praefeci Dominum Iulianum Prothono-

---

(1) Horum nonnullos ex Vasario in Opere quod inscripsit *Ragionamenti ec.* p. 116 delibavi, & sunt Dominicus Grimanus, Venetus, Episc. Card. Portuensis. Antonius de Monte S. Sabini Archiep. Sypontinus, Aretinus, Presb. Card. Tit. S. Vitalis. Bendinellus Saulius, Genuensis, Episc. Hyeracensis, Presb Card. Tit. S. Sabinae. Alexander Farnesius, Romanus, Diac. Card. S. Eustachii. Ludovicus de Aragonia, Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariae in Cosmedin. Marcus Cornarus, Venetus, Diac. Card. S. Mariae in via Lata, electus Episc. Veronensis. Bernardus Divitius de Bibbiena Card. S. Mariae in Porticu. Matthaeus Helvetius Episc. Sedunensis Presb. Card. S. Pudentianae. Fridericus Sanseverinus, Diac. Card. S. Theodori; & Franciscus Piccolomineus. De ceteris alio dicemus. Idem Vasarius loc. cit. Bembum, Lodovicum Ariostum, Petrum Aretinum, Bernardum Accoltum, Sadoletum, viros undequaque celeberrimos adfuisse affirmat.

notarium de Tornabuonis (1) qui ferulam gestaret, & faceret, sicut Gubernator Urbis Romae, Processionem (2) servari, prout fecit, & bene successerunt

(1) Hunc tamquam primum inter ceteros Legatum ad Pontificem pro Rep. Flor. Auctor noster memorat, dum ait: „ Die Veneris III. Iunii 1513. Oratores undecim Florentinorum Urbem ingressi sunt ad praestandum obedientiam Pontifici Concivi suo. Hi deputati fuerunt numero XII. senes quidem, & coetanei omnes, quod ex his unus in via infirmatus est, & fuerunt omnes uno habitu, idest velluto nigro induti, beneque ornati, ac ordinati cum Mulionibus LXX. cum familia multa similiter conformiter vestita, inter quos Oratores fuit primus Iulianus Tornabonus Ecclesiasticus, & Canonicus deputatus, & tunc primum in habitu Prothonotarii vestitus longo manto quamquam remisso, & eis respondit omnibus Oratoribus Curiae, & Principibus, & Baronibus, qui omnes venerunt. Inter quos duo Oratores antiqui Flor., qui ex quo non erant in eodem instrumento nominati, sed nec re vocati iverunt conducentes novos, tamquam si ipsi non essent Florentini, sed alieni, & bene fuit, omnes iverunt medii inter Praelatum hinc a dextris, & Oratorem antiquum inde a sinistris, ut decuit, alias bene. „ Ceteri Oratores, quos omittit Paris, fuerunt, Laurentius Morelli, Io. Baptista Ridolfi, Nereus Capponi, Petrus Guicciardini, qui pro Rep. orando Pontifici est congratulatus, Benedictus Nerli, Lucas Albizzi, Lanfredinus Lanfredini, Iacobus Ianfigliazzi, Philippus Buondelmonti, & Aloysius della Stufa, qui duo postremi ab eodem Pontifice Equites fuerunt renunciati.

(2) Has Caeremonias Georgius Vasarius in aedibus publicis, vulgo *Palazzo Vecchio* graphice expressit, easque in opere superius cit. pag. 114. & seq. edit. Flor. 1588. descripsit.

runt omnia. Ordo autem Processionis talis fuit, videlicet, Cursores, Equites, Sarcinae Papae, CC. Valisarii, & Familiae Cardinalium, Nobiles Florentini Equites, Officiales Cancellariae, & Camerae(1) Valisarii Papae, & Scutiferi Papae, Equi-falerati XX, & Scutiferi Papae quatuor cum Capellis, Procuratores Ordinum, & Principum, Cubicularii antiqui fuerunt in primo loco, tum illi, qui emerunt(*sic*), ultimo illi, qui venerunt, Accoliti, Clerici Camerae, Auditores cum Magistro Palatii, Barones, Oratores, Principes. Inter Oratores fuit dissensio, quia unus Orator Hispaniae voluit esse post primum Franciae, cuius tunc erant tres, & sic voluit habere sub se duos Franciae, sed illi non voluerunt, asserentes hanc disciplinam ab Oratore Hispaniae alias datam fuisse, cum essent tres Oratores Hispaniae, & voluerunt esse simul iuncti, nec aliquo modo cedere Oratori Regis Angliae, qui voluit esse post primum, & supra duos Hispanos, sed quia Hispani tunc non voluerunt, propterea nunc legem, quam tulit, patiatur, & sic cessit, & recessit, nec nunquam voluit amplius comparere; deinde Magistratus Florentinus omnes pedites, Guardia Papae

---

(1) Vasarius loc. cit. ait: „ All' ingresso di Leone X. si trovarono 400. Cittadini Fiorentini bene a cavallo d'ogni età nobilissimi, con varie vesti di drappo, e foderi di pelle finissime, e bellissime, con Istaffieri a piedi, vestiti con giubboni, e calze di velluto Lionato ec. „ Et Nerlius in *Commentariorum* Lib. II. p. 129. ait: „ Entrò in Firenze Leone X. con magnifico apparato, con molta pompa, e con solennità grandissima. „

pae pedestres cum Capitano Equestri solo. Laurentius Medices cum quinquaginta pedestribus suis, Macerii (1) Papae sex tantum, alii discurrerunt, Hostiarii. Magister unus Ceremoniarum, Subdiaconi duo, Datarius supernumerarius a sinistris in habitu Subdiaconali (2), Clerus Cathedralis cum luminaribus ante Sacramentum, Clericus Camerae, Capellae cum lanterna Corpus Christi sub Baldachino, quod Canonici portarunt, Cardinales omnes, idest Diaconi Presbiteri, & duo Diaconi assistentes, Iuvenes centum pedites, ego Episcopus Pisaurensis Magister Ceremoniarum, & assistentes, Papa sub Baldachino, quod Vexillifer, & Priores Domini portarunt per vices, & Priores dicti semper pedites nudo capite antecesserunt, duo Cubicularii non caputiati cum Auditore Rotae de Mitra, Medici duo cum Secretario, Thesaurarius, Dispensator pecuniarum in Populo, Macerius unus cum Umbella, assistentes Praelati, & alii Praelati, & Togati, & ultimo Milites Equestres, Guardia Papae; & iste fuit ordo procedendi a Porta (3) ad Ecclesiam S. Repa-

(1) Qui vulgo dicuntur *Mazzieri*, inter quos *Serapica*, quem Pontifex amore prosequebatur.

(2) Nempe Balthassar de Turinis a Piscia.

(3) Plurium Pontificum, qui nostram Civitatem adierunt, habetur memoria. Hi vero sunt: B. Stephanus IX, qui hic IV. Kal. Apr. MLVIII. diem ultimum clausit. Benedictus IX, ut ex duobus Chartis Atti Episcopi Flor. an. MXXXVI. a Lamio in Opere, cui titulus: *Memorabilia Ecclesiae Flor.* T. I. p. 91, eruitur. Sanctus Leo IX. ann. circiter MLI. Victor II. MLV, & iterum MLVII, in quo hic XV. Kal. Aug. fatis

paratae, in qua via fuerunt per me ordinati cives, qui per spatia, ut dixi, custodirent, ne qua fieret pressura, aut scandalum, aut mora, ut solet quandoque a Iuvenibus Mulierum inspectoribus. Pontifex primo accepit Regnum in capite, quod cum gravaretur in media via illo deposito, accepit leve Regnum, & delectabatur, cum in quolibet arcu triumphali cantaretur aliquid in suam laudem, & firmabat gressum, ut omnia

B audi-

---

fatis cessisse Leopoldus *del Migliore*, & P. Richa pag. 29. T. VI. perperam opinantur, ut Historiis Ricordani Malespinae Cap. LXIV. Io. Villani Lib. IV. Cap. XV, & in Chron. Pont. Leonis Orvietani a Lamio Tom. II. pag. 186. *Deliciae Eruditorum* editis, videre est. Nicolaus II. qui iuxta Ciacconium & ipse VII. Idus Iunii MLXI. Florentiae extremum diem obiit. S. Gregorius VII, ut patet ex quadam sua Constitutione apud Ughellium *Dat. Florentiae V. Kal. Ian. ann. Dom: Incarn. MLXXVI. Ind. IV. Pontif. VII.* Paschalis II. MCV, in quo hic contra Raynerium Episc. Flor. ortum esse Antichristum praedicantem, Episcoporum conventum habuit. Gregorius IX, qui iuxta Mannium *Sigillor.* T. XIV. pag. 20. Ecclesiam SS. Trinitati dicatam consecravit VI. Kal. Ianuarii MCCXXXVII. B. Gregorius X. ann. MCCLXXIII. V. Id. Iul., qui Guelphos & Ghibellinos publice reconciliavit. B. Urbanus V. ann. MCCCLXVII, ut ex Scipionis Ammirati Historia. Gregorius XII. anno MCCCCVII. XII. Kal. Februarii. Ioannes XXIII ann. MCCCCXIII, & MCCCCXIX, in quo ibidem XI. Kal. Februarii defunctus, in Basilica Baptisterii prope Aram maximam marmoreo sepulchro conditus est. Martinus V. MCCCCXIX. IV. Kal. Martii. Eugenius IV. X. Kal. Iun. MCCCCXXXIV, & X. Kal. Februarii MCCCCXXXIX. Pius denique II. VII. Kal. Maii MCCCCLIX.

audiret, & intelligeret. In Ecclesia S. Reparatae fuit suggestus (1) altus ligneus, ut dixi, a porta usque ad Altare elevatus fuit, sicut in S. Iohanne Lateranensi in die Coronationis, super quem suggestum soli nos Papam facientes ascendimus. Populus autem remansit inferius hinc inde per Ecclesiam; ibi Papa diutius solito oravit, & tandem Cardinalis de Medicis Diaconus, qui erat Archiepiscopus Florentinus in Cappa sua rubea cantante versiculos, & orationem, Papa benedixit cum indulgentia plenaria, & ibi exuit Pluviale, & accepit Stolam super rochetum, & delatus est in Monasterium S. M. Novellae (2), ubi non est

---

(1) Hunc eumdem suggestum, seu pontem ab Ecclesia S. Mariae Novellae usque ad Ecclesiam Maiorem eadem ferme de causa ann. MCCCCXXXVI. die 25. Martii factum esse constat, ut expeditior Sum. Pont. Eugenio IV. principis eiusdem Ecclesiae dedicationem celebraturo, pateret aditus.

(2) Ut commodius, & honorificentius Sum. Pontifices reciperentur, magnificum aedificium ad S. Mariae Novellae Ecclesiam construi Resp. Flor. decrevit. Martinus V. IV. Kal. Martias MCCCCXVIII. primus omnium has aedes incoluit, ut videre est in sequenti Inscriptione ibi apposita.

Pontifici Summo Martino nomine quinto
Constantiensi Sinodo sacra venienti
Hic Populus proprias has gratis condidit aedes,
Ac sibi magnificos multos impendit honores
Dum venit primo dum mansit dumque recessit.
Mansit sex menses feliciter atque per annum.
Postea sacrato Templo feliciter isto
Accessit Romam sedem Patriamque vetustam.
Venit die XXVI. Feb. MCCCCXVIII.

Eugenius IV. Roma profugus Florentiam petiit, ibique

est Ecclesiam ingressus, sed recta in aedes ingressus est, populo indesinenter in vitam, & laudem Pontificis, & Domus suae exclamante, & in nocte bombardis sine fine crepitantibus, quia ego in die sic ordinavi propter equos nostros, & multitudinem mularum timidarum, ne propter siliceas stratas in viis aliqui caderent.

Papa equitavit ad Annunciatam (1) & inde ad aedes proprias de Medicis.

DIe Sabbati post prandium Papa equitavit, sive potius in lectica gestatus est ad Ecclesiam Virginis Annunciatae cum Stola, & Capello, & Cardinales cum cappis violaceis, sicut hodie in Consistorio, & inter eumdum fuit discordia inter Oratorem Portugalliae, & Ducem Camerini super precedentia. Ego mandavi Oratori ut cederet,

que mansit X. Kal. Iun. MCCCCXXXIV. Iterum X. Kal. Febr. MCCCCXXXIX. usque ad MCCCCXLII. Pius II. Mantuam petiturus hic moras duxit anno MCCCCLIX. „ Hic, ut verbis Paridis utar, Leo X. die prima Decembris tenuit Consistorium secretum pro nonnullis praeparatoriis circa Regis Franciae adventum, & de ceremoniis, quae servari debent, & solent in excipiendo Rege, maxime Franciae, quia dicebatur, quod Rex Franciae aliquid plusculum aut velit, aut consuevit habere prae aliis Regibus. „ Sed cum haec ad rem nostram non faciant, omitto.

(1) Aedes Mediceas, quas Cosmus Pater Patriae magnificis sumptibus ann. MCCCCXXX. extruxerat, Ferdinandus II. M. E. D. March. Gabrieli Riccardio aere commutavit.

qui cum non vellet, fuit per me licentiatus, ne impediret progressum Papae, & Cardinalium, qui cum non vellet parere, ego alte mandavi Maceriis, ut illum ab inde removerent, audiente Pontifice, qui dixit me bene fecisse, & similiter supervenientibus aliis Oratoribus Franciae, & Venetiarum, qui noluerunt prima facie Duci cedere. Papa in Valvis Ecclesiae osculatus est Crucem, & aspersus est, & ingressus Capellam Annunciatae oravit absque eo quod iuberet detegere Imaginem Gloriosae Virginis Annunciatae (1), cui cum ego dixissem, ut faceret discoperiri, timuit ne piaculum aliquod faceret, propterea consuluit Cardinales, qui omnes rogarunt, & suaserunt illam detegi, & sic fuit ter brevissimis inter-

---

(1) Amplissimis Indulgentiarum muneribus hoc Sacellum a Maioribus suis, magnis auri copiis abunde profusis, a fundamentis erectum, Pontifex decoravit. Hanc Ecclesiam iussu Leonis X. Aqua salutari XVI. Kal. Febr. MDXVI. Antonius de Monte Tit. S. Praxedis Presb. Card., ut habetur ex sequenti Epigraphe in maiori eiusdem Ecclesiae Claustro locata, lustravit.

SCIANT POSTERI OMNES
CVM FLORENTIAE AGERET LEO X. PONT. MAX.
ANTONIVS DE MONTE TIT. S. PRAXEDIS PRESB. CARD.
ECCLESIAM HANC ET MAIOREM EIVS ARAM
INDICTA QVOTANNIS PLENARIA
ACCEDENTIBVS INDVLGENTIA
DE MANDATO SS. D. PP. VIVAE VOCIS
ORACVLO SIBI FACTO
SOLEMNITER ET RITE CONSECRAVIT
DIE XI. IVNII (XVII. IAN.)
CHRISTIANAE SALVTIS AN. MDXVI.

tervallis discooperta, & Papa deinde recessit ad aedes suas, ubi firmiter deinceps remansit.

Missa in prima Dominica de Adventu.

IN prima Dominica de Adventu Papa voluit, quod Missa cantaretur in Ecclesia Sancti Laurentii (1) domui suae paternae vicina per Archiepiscopum Senensem (2) Assistentem in omnibus, sicut

(1) Alphonsina de Orsinis Leonis X. Cognata, Petrique Fratris eius uxor, ut Sacra in tanti viri honorem celebrarentur summa cum festivitate in Divi Laurentii Ecclesia, curavit. In huius Basilicae Tabulario liber extat, cui titulus: „ Spese fatte per la venuta di Leone X. de Medici nostro Protettore, et Massimo Patrone in questa sua diletta Chiesa di S. Lorenzo di Firenze ec.„ Desinit: „ *Omnibus computatis* tutta la spesa fu lire 1467. 15. „ Marcelli Virgilii Adriani Reip. Flor. Cancellarii Exasthicum insequens supra Portam Ecclesiae maiorem legebatur:

DIVVS LAVRENTIVS
AD LEONEM X. PONT. MAX.

Hanc mihi, Sancte Pater Cosmus, cum conderet aedem
Gaudebam Proavi Relligione tui.
Delectavit Avus, delectavere Parentes,
Quorum ope creverunt Templa sacrata mihi.
Sed Pronepos maiora dabis pietate, Parentes
Pontificem turpe est non superasse suos.

„ Per gratitudine di detti versi solenni, e misurati demmo a M. Marcello Cancelliere della Signoria un paio de nostri Capponi. „ Ita habetur in Lib. A. eiusdem Tabularii. Hic quotannis prima Dominica Adventus renovatur cum festivitate memoria.

(2) Tunc erat Ioannes IV. de Piccolomineis ex fratre Sum. Pont. Pii III. nepos, quem Ughellius, & Ugur-

cut in Cappella Palatii Romae, nam & hanc Ecclesiam pro Cappella deputavit in omnibus, ad quam Papa delatus in gestatorio, venit stolatus, & galeratus. Deinde in Ecclesia, facta oratione, vestitus est, & adscendit ad solium, ubi Missa est habita prout in Ordinario. Angustia loci nos aliquantulum coegit esse strictos, licet pauci Cardinales, videlicet in totum X., Praelati circa XX. Alia ut alias. Sermo non est habitus quia Cardinales aliqui voluerunt finita Missa, iter arripere versus Bononiam. In fine Missae Papa creavit Equites duos Bononienses, qui illuc venerunt, Oratores ex Bononiensibus conducturi Papam ad Bononiam. Hi fuerunt Dominus Augustinus de Marsiliis, & Dominus Borninus de Blachis. Tunc Papa ingressus est Sacristiam, ubi visitavit sepulcrum Patris sui, & oravit genuflexus, cum stans debuerit, ego non praevideram ipsum. (1)

De

---

gerius ad Archiep. assumptum fuisse dicunt anno MDIII, cum in Archivo Senensi in tali dignitate iam constitutus reperiatur III. Id. Sept. MDI, ubi legitur: „ Antonius Berzius Abbas Rosanus iuris utriusque Doctor, & D. D. Ioannis Piccolominei Archiep. Senarum in spiritualibus Vic. Gen. „ Leo X. an. MDXVII. Cardinalatus insignia ei impertitus est. Anno vero MDXXIX. suam abdicavit Ecclesiam Francisco Sallustii Bandini eiusdem Cardin. ex sorore nepoti. Tandem obiit VII. Kal. Dec. MDXXXVII.

(1) Ex quibus verbis insequens inscriptio in eiusdem Ecclesiae Coemeterio posita, in qua Laurentius ibi iacere dicitur cum Card. Hippolyto de Medicis, erroris arguitur, cum prioris cineres in Sacrario sint Ecclesiae, ut his verbis constat, alterius vero Romae

in

De recessu Papae ex Florentia versus Bononiam &c. &c. (1)
Reditus Papae in Florentiam.

SAbato XXII. Decembris Pontifex Florentiam de sero venit in Lectica gestatus, & vectus, & pervenit ad Portam S. Galli, (2) ubi in ipsa Eccle-

in Ecclesia S. Laurentii in Damaso. Haec est inscriptio:
Il Reverendissimo Cardinale Ipolito.
Il Magnifico Lorenzo di Piero.
Il Magnifico Pier Francesco di Lorenzo.
Il Magnifico Pier di Cosimo.
Gio. di Pier Francesco di Lorenzo.
Lorenzo di Gio. d' Averardo.
E un corpo piccolo con Grillanda senza nome.
Unum tantum esse Cardinalem in hac Ecclesia sepultum Can. Petrus Nolascus Cianfogni in sua elaboratissima huius Basilicae Historia, quae omnium votis desideratur, affirmat, & est Card. Benedictus Michaelis Accolti in Aedibus Mediceis ex hac vita migratus XI Kal. Octob. MDXLIX, qui forte erit, qui sub errato nomine Hippolyti in inscriptione indigitatur.

(1) Antequam discederet binos Legatos creavit, nempe Card. Medicem, & Card. Fliscum, ut Francisco Gallorum Regi ad eum venienti obviam irent, suoque nomine illum exciperent; & ipse Bononiam III. Non. Dec. profectus, laetissima pompa receptus est. Cumque Rex clarum, atque illustre ei obsequii, observantiaeque munus praestitisset, ac pacem universae Christianae Reipublicae maxime utilem inter se se firmassent, omnibus rebus rite, ac sancte peractis, Florentiam iterum reversus est vigesimo eiusdem mensis die.

(2) Ipsamet Ecclesia cum magnifico Monasterio rursus an. MCCCCLXXXVIII. a Laurentio Mediceo Fratris Ma-

clesia Sancti Galli ante Portam osculatus est Crucem, & ingressus Sacristiam vestimenta recepit cum Capucio, & Rocheto, ac ibidem Consistorium tenuit, & providit Ecclesiae Taurinensi de Persona Cardinalis Cibi (1), idest in commendam, & similiter Cardinali de Sancta Maria in Porticu (2) de

---

Mariani a Gennazzano Heremitarum Ordinis S. Augustini intuitu constructa, in obsidione Civitatis Flor. a fundamentis diruta est, nec ullum remanet vestigium. Haec, cui primitus erat annexum Xenodochium, fundata anno MCCXVIII, vel a fundamentis iterum excitata, & locupletata est a Guidalocto Vultus Urcei, seu Orchi fil., & a Bernardesca eius Uxore, ut videre est ex Charta donationis, in Opere, cui titulus: *Notizie Istoriche dei Contorni di Firenze* Volum. III. pag. 15., producta, ubi de hac re pluribus egimus. Haec cum Monast. VI. Id. Novem. MCCCCLXIII. a Pio II. Sum. Pont. Florentino Brephotrophio aggregata est.

(1) Card. Innocentium Cybo ad Archiepiscopatum Taurinensem electum fuisse ann. MDXVII. Ughellius Tom. IV. pag. 1060. *Italiae Sacrae* affirmat, sed quam longe a veritate aberret ex verbis Paridis de Grassis eruitur.

(2) Hic erat celeberrimus Bernardus Divitius a Bibiena, a quo, cum Leo X. supremam totius Ecclesiae gubernationis consecutionem agnosceret, IX. Kal. Oct. MDXIII. Cardinalis S. Mariae in Porticu, ut ex Paridis Diario, & ex Nardi *Histor. Flor.* patet, est ab ipso renunciatus; quade re hallucinantur Coronellus, & Morerius id evenisse ann. MDIV. affirmantes. Hic Card. Mutinam iturus Florentiam rediit anno MDXVI, & ad Abbatiam Fesularum quond. Canonic. Lateranensium divertit, ut Pontificis fratrem Iulianum Medicem ibi commorantem laetali morbo correptum inviseret. De istius morte ita habetur in Paridis

de Monasterio de Alpibus, & de Sisgitennensis Diaecesis. Ipse Taurinensis mortuus est Bononiae. Et quia multi nescio, quid ordinaverunt pro Pontifice ingressuro, ego dixi ei, quid place-

ridis Diario. „ Cum venisset Romam de Florentia novum obitus Iuliani de Medicis Germani Fratris Papae Leonis, qui erat Dux .... in Francia, & Capitaneus Ecclesiae, illico multi, & Familia (*Papae*), ut se ostenderent moestos in habitu, & corde, voluerunt habere vestes pullas longas cum caputiis, & abstinere se a mundanis actionibus, & facere exequias non solum particulares, sed etiam publicas, & solemnes, quia dicebant ita convenire Duci, & Capitaneo Ecclesiae generali, & Germano Papae, & alia, prout in mentem veniebant. Ego habita prius in hoc Pontificis intentione, qui se caeremoniarum dispositioni remisit, acriter, & realiter obstiti talibus inceptis, ostendens huiusmodi praesumptiones non convenire, nec publicas exequias facere, nec Familiam Papae pullatam esse, nec etiam in privatis aliquam demonstrationem facere, ac debere celebrari exequias, tam ratione fraternitatis, quam titulo ducatus; immo Papae dixi, quod ipse nullum penitus indixium extrinsecus faceret de hac morte, quia ipse iam non erat ut Homo apud nos, sed ut Semideus, & se non debere in aliquo moestum, aut luctuosum ostendere, nec Familiam suam, quae nunquam in aliquo casu, nisi in obitu personae suae pullum induere debet. Si tamen Cardinalis de Medicis, aut Cibo, aut S. Mariae in Porticu, tamquam Frater, & nepos, aut alumnus, vel aliquis alius Consanguineus, vel particulari affectu vellet aliquam Missam emortualem, aut exequialem celebrari facere in aliqua Ecclesia praesentibus suis tantum vellet, posset utique, dummodo private, & non publice. Caeremonias autem, quas misi ad Florentiam, ut facerent illas, dixi, quod illum armis bellicis totaliter vestirent, praeter Galeam, quam aliquis puer praeferret in Equo

ceret, & ordinationem ad me remisit; itaque statui, quod veniret in Stola, & Capello, & equitaret, & sine Baldachino, sed supra Sacramentum ferretur Baldachinum cum Torciis XX. & non veniret ullus Magistratus, nec ulla Cleri Processio, nisi sola Processio Ecclesiae Cathedralis, & quod Cardinales essent in Mantellis, & non Cappis. In Porta posuit incensum, & in fine incensatum est Sacramentum, quod positum est in alia Cappella ad partem, ubi Papa oravit, & dedit Benedictionem, & Indulgentiam VII. annorum, & rediit delatus in sede ad Paternas aedes.

Missa in Dominica quarta de Adventu Florentiae.

DOminica quarta de Adventu habita est Missa Papalis in Ecclesia Sancti Laurentii Florentiae, (1) quam solitis Ceremoniis cantavit Archiepiscopus Neapolitanus (2) novus Assistens, &

Equo totaliter armato; & vexilla haberet Capitaneatus, quae primus omnium praeferret, ac etiam dixi, ut Birretum illi in capite ducale, licet esset ex minoribus Ducibus. „

(1) De Pontificalibus istis, & sequentibus in Ecclesia D. Laurentii peractis silent Historici omnes, & quod mirum est in ipso eiusdem Ecclesiae Tabulario nullum extat de hac re monumentum.

(2) Erat tunc Vincentius Caraffa Hectoris Ruborum Comitis filius. Ex Episcopo Ariminensi, & Patrui Oliverii cessione sublectus est Neapolitanus Archiep. die ultima Maii MDV. sub Clemente VII. Sum. Pont. Romae Cives compescuit, aliisque functus muneribus promeritam grato Pontifice Purpuram retulit sub Tit. S. Pudentianae die XVI. Kal. Iunii MDXXVII. (die XI. Kal. Dec. ex Ciacconio Oldoini), dum a Borbonii militibus Urbs misere depopularetur.

& non est habitus sermo. Indulgentia V. annorum. Cardinales solum X. interfuerunt. Paratus Ecclesia fuit, ut prius, nisi quod delatus est locus, & ampliatus propter sedilia Praelatorum, & omnia bene fuerunt.

Missa Major in die Nativitatis Christi Pontifice officium faciente Florentiae.

HOdie mihi dixit Pontifex se consuluturum cum Cardinalibus super donatione spatae, & quod eam intendebat dare Dominio Florentino, propterea quod admoneri Dominos Antianos facerem, ut ad Ecclesiam venirent, quod feci, sed ipsi non ad Pontificem conducendum venerunt ab Aedibus ad Ecclesiam; sicut ordinavi, sed ad Ecclesiam recte iverunt, & sederunt in sedilibus pro eis deputatis, vix Cardinalibus venientibus assurgentes. Propterea dixi Papae, & feci eos ad portam venire, ut saltem ibi Pontificem acceptarent, quod fecerunt. Item dixi Papae, an Canonici preparare debeant Bursellam (1) sicut Canonici Sancti Petri de Urbe, quam donant Pontifici post missam cantatam, & hoc remisit arbitrio Canonicorum, & meo, & fecimus, quod primus Canonicus, & Archidiaconus donavit Bursellam Papae de Raso Carmesino rubeo cum XV. solidis, & eam postea Papa donavit Cardinali de Pe-

(1) Libro quodam Archiv. Canonicorum, cuius inscriptio: *Libri di Spese, e di Mance*, habetur „ Il Capitolo ad imitatione di quello di S. Pietro in Roma presentò al Papa per la Messa di Natale in un Borsotto varie Monete Fior.; il lavoro, e ricamo della Borsa costò Lire 19. e 10. „

Petrutiis, qui Evangelium dixit. Pontifex celebraturus venit ab Aedibus suis cum Stola, & Cappello & Cardinales cum Cappis usque ad Ecclesiam Sancti Ioannis appositam Sanctae Reparatae, (1) sive Sanctae Mariae de Flore, ut vocant, & in ipsa Ecclesia Sancti Ioannis Papa accepit paramenta, & similiter Cardinales, & Praelati ibidem, sicut Romae in Camera paramenti solent, & sic Papa paratus ibidem benedixit Spatam, & demum sub Baldachino delatus est ad schalas tabulatas, ubi erat altare paratum. Priores transeuntibus Cardinalibus vix capita detexerunt, contra quos ego alte dixi, ut si sic acturi sunt de cetero potius volo, quod remaneant in suo Palatio, quam aut se, aut nostros Romanos Dominos Cardinales vituperent, non assurgentes, & detegentes eisdem; ipsi se excusarunt, iam omnem honorem eis inhibuisse, ante Papam pedites incesserunt, & Baldachinum non curarunt deferre. Missa fuit cum officio toto, ut in Ordinario, & nihil est mutatum, nec additum. Petrutius (2) Cardinalis cantavit Evangelium latinum, Episcopus Nucerinus Graecum, latinam Epistolam canta-

(1) Card. Petrus Valerianus dum iussu Pontificis Bonifatii VIII. primarium lapidem in principis Ecclesiae fundamentis poneret, in obsequium Reip., ut Civitatis Stegmati alluderetur, eidem Ecclesiae *S. Mariae del Fiore* titulum adsignavit. Ex quibus verbis Paridis de Grassis per ea adhuc tempora veterem titulum constat invaluisse.

(2) Nempe Alphonsus Petruccius, Senensis, Episc. Massanus, Diac. Card. S. Theodori. Hic a Pontifice Romam vocatus, & quod eius vitae insidiatus esset convictus, in Adriani mole post XL. dies capite plexus est.

tavit Dom. Hieronymus Senensis, Livius Cubicularius Papae cantavit Graecam, Cardinalis Sanctorum quatuor fuit assistens in sinistra, & nihil unquam principaliter fecit. Omnia enim fecit Sanctae Mariae in Porticu Diaconus a dextris; Cardinales in totum fuerunt XII. In fine Missae Papa reversus ad solium, vocatis ante Vexillifero cum Prioribus dixit, se eis donare Spatam (1), tam-

---

(1) Ultra *Spatam*, Pileum etiam sericum donavit, Civitatemque diversis privilegiis, & indultis insignivit. Prioribus, eorumque successoribus publicas signandi literas sigillo plumbeo Cordulis Cannapinis pendente facultatem in perpetuum impertivit. Petro Rodulpho Vexillifero Insignia Mediceae Familiae est elargitus, quae ipse, eiusque posteri gestare, vel sola, vel cum antiquis Rodulpheae Familiae coniuncta possent, eumdemque Comitem Palatinum esse voluit. Prioribus etiam superius enumeratis pag. 7. unam ex pilis, quam in gentilitio scuto ipse gestabat, concessit, illosque Comites Palatinos fecit. Tandem Pisanam Academiam olim a Laurentio Patre institutam, seu potius instauratam, & iam pene collapsam in augustiorem formam restituit, privilegiis illustravit, atque ad eroganda Professoribus opulentissima stipendia sacrum vectigal a Florentino Clero exigendum XII. Kal. Martias MDXVI. indulsit. Cui Academiae hos quinque Praefectos hac in Urbe celeberrimos viros instituit, Laurentium videlicet Medicem, Iacobum magnum Salviatum, Nicolaum Capponium, Robertum Acciaiolum, ac Ioannem Zenobii Magistri Lucae, quibus publicam omnem auctoritatem impertivit, ad illius Academiae nervos augendos, ac propagandos, ductis insuper ex primoribus Italiae Civitatibus claris, ac doctissimis viris, quos inter fuit Philippus Decius, anathemate iam solutus, Matthaeus Neruccius Geminianen., Io. Marcus Ferratinus, Hor-

tamquam Concivibus suis, & qui eum optime honoraverant, & licet sit donum non multi valoris, tamen misterium est, & quod Reges, & Magni Principes charipendunt. Itaque ex libro legit lectionem, quae incipit: *Solent Romani Pontifices &c.* cum additione, & mutatione verborum ad sensum, & ad propositum, & in fine posuit eam in manibus Vexilliferi, qui optime egit gratias &c. Papa mandavit, quod a suis Praelatis, & familia associentur, & ego dixi eisdem, quod prius associentur ipsi Papa ad aedes suas. Unde postea ipsi associarentur a Praelatis, sed ipsi in Ecclesia relicto Pontifice iverunt absque Praelatis, & familia cum uno solo Macerio, qui tulit Spatam & in fine ego de consensu Papae dedi eisdem notulam super iocalibus donandis pro Spata, & ipsi liberaliter praeter meam, & communem opinionem donarunt praesentem mihi centum ducatos, & Cubiculariis secretis totidem, & Cubiculariis communibus, ut audivi totidem, & nonnullis aliis. Missa finita sonavit hora XXII.

In Die Sancti Stephani.

HAnc Missam cantavit Reverendissimus Dominus Cardinalis de Flisco (1) in Ecclesia Sancti Laurentii, tamquam in Cappella Palatina, quae fuit more solito, sermonem habuit quidam Cu-

---

Hormanetus Datus Nob. Flor., Marianus Sozinus Senensis, Christophorus Aretinus Mathematicus, atque A. Suessanus eius aevi Peripateticorum facile princeps.

(1) Idest Nicolaus de Flisco Genuensis, Archiep. Ravennas, Presb. Card. Tit. S. Chrysogoni.

Cubicularius Pisaurens. satis simplicem, & scolasticum potius, quam Magistralem. Indulgentia fuit VII. Annorum.

In Die S. Ioannis.

REverendissimus Dominus Cardinalis Sancti Vitalis, sive Sanctae Praxedis in Ecclesia Santi Laurentii celebravit more solito, sermonem habuit quidam Neapolitanus iuvenis Filius Barbitonsoris Cardinalis olim Neapolitani satis disertum, & doctissimum, & eleganter pronunciavit. Post Missam Papa donavit Vasculum Cristallinum Ecclesiae eidem pro usu Corporis Christi in Processione deferendi, & uti erat estimatus, est valoris trium millium ducatorum propter gemmas. (1)

In die Circumcisionis, & in Vigilia eius.

IN die Circumcisionis fuit Missa in Ecclesia Sanctae Reparatae, quam super eodem Altari, super quo in die Natalis Papa celebraverat, Cardinalis S. Georgii Episcopus Ostiensis (2) celebravit more solito, & cum propter pluvias iuges, & magnas, Cardinalis celebraturus ad horam condictam venire non potuisset, Papa praevenit eum, & expectavit simul cum Cardinalibus, Colloquium habens, donec ille paratus fuisset, & habita

(1) Adhuc extat, sed amplius non est in usu.
(2) Nempe Raphael Galeoctus Riarius, Savonensis, Ligur, Decanus, S. R. E. Camerarius.

bita est Missa ut in Ordinario, & heri vespere Papales in Ecclesia Sancti Laurentii, sicut Romae, fuit. Finita Missa Papa vocari fecit Canonicos S. Reparatae, & donavit eis Mitram novam preciosam, (1) valoris, ut dictum fuit XV. millium ducatorum, & dixit quod volebat illam esse Capituli in processionibus, & solemnitatibus ipsius Ecclesiae, & ipsorum Canonicorum, ac etiam quod eam concederent pro tali usu Canonicis S. Laurentii in die S. Laurentii & S. Cosmae (2), & nul-

(1) De hac Mitra ait Admiratus in *Hist. Flor. p.* 318. „ Donò Leone X. ai Canonici una Mitra di tanta bellezza, e cotanto di perle, di balasci, di zaffiri, di smeraldi, di diamanti, e di rubini adornata, che secondo i Libri pubblici di Canonica è registrato, che passava il pregio di diecimila ducati. „ Libro quodam Archivii Canonicorum, cui titulus: *Libri di Spese, e Mance*, habetur: „ 8. Gen. 1516. per la Mitra donata al Capitolo da S. S., che portolla Monsignore Adimari Cubiculario del Papa Lire 700. „ Hanc anno MDXXIX, ut ait Varchius *Hist. Flor.*, & Leopoldus *del Migliore* pag. 46. Respublica, ut Civitatis, Civiumque necessitatibus ex obsidione ortis consuleret, aere commutavit. Qua de re perperam dicitur illa esse, qua Basilicae Ambrosianae Antistes utitur in Pontificalibus, cum ista a Card. Armellino de Perusio eidem Ecclesiae, ut ex momunentis mihi a Petro Nolasco eiusdem Basilicae Canonico Cianfonio traditis patet, sit elargita.

(2) Usum Pontificalium Leo X. Ecclesiae huius Antistiti primitus duobus tantum istis solemniis concessit; deinde ad septem anni solemnitates ampliavit. Tres de hac re extant ipsius Pontificis Bullae distinctis temporibus exaratae. Postremam hactenus ineditam in medium tantum proferam ex Bullario Tabu-

& nullam fecit mentionem de Operariis, unde postea supervenit quidam nomine Fabricae, &

C pe-

---

bularii ipsius Ecclesiae pag. 249. depromptam, cum ceteras non solum haec contineat, sed prae aliis iura, & honores, quibus Pontifex Ambrosianam D. Laurentii Basilicam ditavit, mire exprimat.

LEO PAPA X. ad perpetuam rei memoriam.

Dudum nos cupientes Ecclesiam S. Laurentii Florent. quae olim per quond. Proavum nostrum fundata, & dotata fuerat condignis honoribus decorare motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, quod tunc, ac pro tempore existens Prior dictae Ecclesiae in Nativitatis, & Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, ac Pentecostes, nec non S. Laurentii, ac SS. Cosmae & Damiani festivitatibus Mitra, Baculo, & Annulo Pastorali, ac aliis Pontificalibus Insigniis in absentia dumtaxat Archiepiscopi Florent. pro tempore existentis a Civitate Florentina in d. Ecclesia uti, ac in eisdem Pontificalibus celebrare, nec non post Vesperarum, Mattutinorum, & Missarum solemnia supra populum inibi tunc interessentem, dummodo ibidem aliquis Catholicus Antistes praesens non esset, vel si praesens esset eius ad id expressus accederet assensus, Benedictionem solemnem, & Christifidelibus Benedictioni huiusmodi pro tempore interessentibus Indulgentiam XXV. dierum elargiri; nec non habitum ad instar Praelatorum maioris Ecclesiae Floren, ac eo modo, & pariformiter quemadmodum Praelati maioris Ecclesiae huiusmodi, tam in dicta maiori Ecclesia, quam extra eam dum capitulariter incedunt, & deferunt, seu eos in futurum deferre contigerit, & non aliter; nec non singuli Canonici, Cappellani, ac Substituti ipsius Ecclesiae S. Laurentii tunc & pro tempore existentes almutias ad instar Canonicorum, Cappellanorum, & Substitutorum dictae maioris Ecclesiae-

petiit, an aliquam partem, sive iurisditionem, sive curam dictae Mitrae dedisset Papa Opera-
riis,

---

clesiae tam in dicta Ecclesia S. Laurentii, quam extra eam in Processionibus, & funeralibus, ac aliis actibus publicis respective deferre, & Cantores eiusdem Ecclesiae S. Laurentii tunc & pro tempore existentes baculis similiter ad instar Cantorum maioris Ecclesiae in ipsa Ecclesia S. Laurentii, & illius Parrochia uti. Quodque Prior pro tempore existens dicta Ecclesia S. Laurentii personis eiusdem Ecclesiae dumtaxat quatuor minores Ordines cum solemnitatibus ad id requisitis conferre, & eamdem Ecclesiam S. Laurentii sanguinis, vel seminis effusione pollutam aqua tamen ab aliquo Antistite recepta reconciliare, nec non vasa, in quibus Eucharistia Domini conservatur; & alia vasa, ac vestes Sacerdotales, aliaque vestimenta Ecclesiastica quaecumque benedicere libere, & licite valeret, concessimus, prout in aliis nostris desuper confectis Litteris plenius continetur. Nunc autem nos eamdem Ecclesiam amplius decorare volentes motu, scientia, & potestate similibus easdem Litteras, ac omnia, & singula in eis contenta ad hoc ut Prior Ecclesiae S. Laurentii huiusmodi, etiam si Archiepiscopus Florentinus in Civitate Florentina tunc resideat, de eius tamen licentia in praedictis, nec non Omnium SS. & Commemoratione Defunctorum festivitatibus, & diebus Mitra, Annulo, Baculo, & aliis Pontificalibus Insigniis huiusmodi in dicta Ecclesia S. Laurentii uti, & in Pontificalibus celebrare, nec non dictam Benedictionem solemnem etiam si ibidem aliquis (qui tamen Archiepiscopus Florentinus non existat) Antistes praesens fuerit eius consensu irrequisito elargiri; quodque quatuor minores Ordines huiusmodi omnibus personis dictae Ecclesiae, etiam si Scholares tantum fuerint in ipsa Ecclesia, & Schola conferre, & insuper quod aquam pro reconciliatione praedicta per seipsum, nullo Antistite requisito, be-
ne-

riis, & cum intellexisset a me, quod nullam mentionem fecisset de eis, non credidit mihi,

---

nedicere, & de illa reconciliationem huiusmodi facere; praeterea quod Cantores Ecclesiae S. Laurentii huiusmodi dictis Baculis nedum in ipsa Ecclesia S. Laurentii, & illius Parrochiis, ut praefertur, sed etiam in quibuscumque Processionibus, & Funeralibus, ac aliis publicis actibus, & extra Ecclesiam S. Laurentii, & illius Parrochias huiusmodi, dummodo ibidem Capitulum Ecclesiae maioris Florent. non existat, uti, quodque Capitulum dictae Ecclesiae S. Laurentii in quibuscumque Processionibus publicis, & privatis Crucem libere, & licite valeant, extendimus, & ampliamus: At modernum, & pro tempore existentem dictae Ecclesiae S. Laurentii Priorem in nostrum, & Apostolicae Sedis Notarium gratiose recipimus, & aliorum Notariorum, & dictae Sedis Notariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & quod omnibus, & singulis exentionibus, immunitatibus, facultatibus, favoribus, gratiis, quibus alii nostri, & eiusdem Sedis Notarii de iure, consuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere (absque tamen nostrorum, & eiusdem Sedis Notariorum de numero participantium praeiudicio) libere, & licite valeant, concedimus: Mandantes harum serie eisdem motu, scientia, & potestate dilectis filiis Praeposito Praepositurae Omnium SS. Florent., & Ven. Fratrum Faesulanorum, & Pistoriensium Episcoporum in Spiritualibus Vicariis generalibus, quatenus ipsi vel duo, aut unus per se, vel alium, seu alios in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra praemissa omnia, & singula observari Contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo cum potestate citandi etiam per edictum

sed quaesivit haec ab ipsomet Pontifice, qui respondit, quod omnia dedisset Canonicis, & Capitulo, ut supra, & ego ut rogatus de huiusmodi donatione, requisivi in testes Sacristam (1) nostrum, & Dominum Philippum Aldimari Cubicularium secretum Pontificis. Acta fuerunt haec &c.

In

---

ctum publicum, constito summarie de non tuto accessu, ac sub eisdem censuris, & poenis inhibendi, easque aggravandi, & reaggravandi, ac quatenus, & quoties opportunum fuerit brachium saeculare invocandi, caeteraque faciendi, & exequendi, quae in praemissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna: non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non dictae Ecclesiae Florentinae etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ecclesiae concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus illorum omnium tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes (illis aliis in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die vj. Octobris 1520. Pontificatus nostri anno octavo.

Primus, qui hoc usus est privilegio, fuit Franciscus Ioannis Campana *Doctor eximius* appellatus, eiusdem Ecclesiae antea Canonicus, nec non Archiepiscopi Pisani in spiritualibus Vic. Gen.

(1) Erat Mag. Gabriel Anconitanus Heremitarum Ordinis S. Augustini Pontificis Confessarius.

In Vigilia, & in Festo Epiphaniae.

VEsperae in Vigilia habitae sunt in Ecclesia Sancti Laurentii more solito, inter quas nihil novi evenit. In die vero Epiphaniae Missa est habita in Ecclesia Sancti Marci (1), quam cele-

---

(1) Usque in praesens memoria huius Ecclesiae Consecrationis hac die habitae ann. MCCCCXLII. ab Eugenio IV. Sum. Pont. dum Florentiae morabatur, ut ex sequenti Inscriptione in eadem Ecclesia apposita marmore exculpta eruitur, solemniter celebratur.

CVM HOC TEMPLVM MARCO EVANGELISTAE DICATVM
MAGNIFICIS SVMPTIBVS CL. V. COSMI DE MEDICIS
TANDEM ABSOLVTVM ESSET EVGENIVS IV. ROM. PONTIFEX
MAXIMA CARDD. ARCHIEPP. EPISCOPP.
ALIORVMQVE SACERDD. FREQVENTIA COMITATVS ID
CELEBERRIMO EPIPHANIAE DIE SOLEMNI MORE SERVATO
CONSECRAVIT. TVM ETIAM QVOTANNIS OMNIBVS QVI
EADEM DIE FESTO ANNVAS STATASQVE CONSECRATIONIS
CERIMONIAS CASTE PIEQVE CELEBRAVERINT VISERINTVE
TEMPORIS LVENDIS PECCATIS SVIS DEBITI SEPTEM
ANNOS TOTIDEMQVE QVADRAGESIMAS APOSTOLICA
REMISIT AVCTORITATE MCCCCXLII.

Decreto publico, ut quotannis ad Indulgentias consequendum tam Iustitiae Vexillifer, quam Magistratus, Artiumque Protectores accederent, sancitum est. In Cronicis MSS. Ecclesiae S. Marci ad rem nostram sic legitur. „ Celebraturi ex more nostrae Ecclesiae dedicationem quotannis in Sacro die Epiphaniae Domini, voluit Leo X. Ecclesiam nostram, & Festum decorare. Is enim cum ea Curia, qua solet, a nostro Protectore invitatus in Ecclesia nostra Missarum solemnia celebrari fecit per Rev. Card. S. Crucis. Solemni-

lebravit Cardinalis Sanctae Crucis Episcopus, qui fuit in omnibus, ut in Ordinario, & fuit Sermo per Fratrem Sancti Marcelli brevis habitus super scabellum, quia non fuit inventum Pulpitum. In

---

lemnibus autem celebratis Pontifice cum Curia, & Cardinalibus in Conventu pransuris &c. Sed cum a Domo Domini, ut par est, incipiamus, de Ecclesiae ornatu, & apparatu aliquid prius dicendum est.

Recepturi Pontificem, quem nullus aliorum Religiosorum suis in solemniis recipere potuit decens erat, ut nihil amici in Fratribus invenirent, quod illius oculos offenderet. Fratres nostri Ecclesiam paraverunt cum drappellonibus Sericis, pannis, aratiis, mirthis, ac lauris virentibus, Mediceis, ac Popularibus insigniis hinc inde per Ecclesiam dispersis; ad exornandam Ecclesiam vocati sunt nonnulli Fratres S. Mariae Novellae, quae praedicta una cum nostris Fratribus paraverunt. Ut sic locus idoneus esset ad videndum celebranda misteria, Chorus enim cum minime actus, ac sufficiens erat, destructus est usque ad solum. Paries Ecclesiae, quae separat viros a mulieribus, a porta enim Chori usque ad illum parietem destructum pavimentum ex lignis tabulatis fabricatum est, quatuor, vel quinque brachiis a terra elevatum, super quod tota Curia cum Pontifice residebat. Ecclesia tota viris, ac Mulieribus plena ita erat, ut Domini Civitatis ingredi non potuerint illo in mane ad oblationem faciendam. Propter autem Populi concursum magnum, qui maior extitisset, si pluvia impedimento non fuisset, concessit Pontifex illo die Iubilaeum plenarium pro die ut asserebat Poenitentiariis concessis, nonnullis vero sibi reservatis. Collecta pecuniarum, quae ex Iubilaeo habita est ad summam XXX aureorum, & amplius accersit, quae summa resarcivit expensis in Ecclesiae apparatu factis. Rupti sunt principales Ecclesiae parietes, ut exeuntibus populis pateret aditus. Prima fra-

ctura

In ipsa Ecclesia Chorus fuit compositus ex tempore, ita ut res melius successerit, quam sperabatur, erectus siquidem est tabulatus altus super Cancellos, & Chorum Fratrum, & sub Cruci-

---

ctura fuit ad instar particulae subtus Ecclesiae Ambonem circa Ecclesiae parietem destructum, quae viros a mulieribus distinguit; altera vero ex opposito erat per quam Coemeterium.... utriusque sexus. Completis igitur divinis Misteriis Pontifex cum Curia Ecclesiam egressus per fractum parietem Conventum introivit. Mensa illi apparata fuerat in Triclinio Novitiorum iuxta novas Cameras, ceteris Cardinalibus per cellulas Dormitorii Novitiorum ex parte Claustri distributis, ut ante prandium aliquantulum quiescerent, & ipse eo tunc in prima Camera iuxta Triclinium quievit. Solemne epulum paraverat illis Fliscus Card. noster Protector, in quo ferculo nulla comestibilia defuerunt. Interim autem dum Missarum solemnia celebrarentur, quod iuxta vulgum dicimus *Svizzeri* ducti per Pontificis custodiam omnes armis acciti Refectorium ingressi pransi sunt carnes multas. Interim autem, dum comederent, quidam Ambonem conscendens praedicabat, & Tympanum pulsabat. Magnus Infernus nobis extitit illa dies usque ad pulsatas Vesperas! Reliqui Curiales in Hospitio, & Refectorio comederunt; Fratres illa die per Cameras, & Cellas prandium sibi paraverunt, cum quibus de carnibus comedendis Pontifex dispensaverat. Locus ubi epulae parabantur, & coquebantur fuit Fonstrina (*sic*) & Aula iuxta Lavatorium, & Hospitium, quod prope pistoriam est. Completa Pontificis mensa Cardd. omnes cum solo Pontifice per dormitorium Novitiorum transeuntes, & ingredientes eorumdem Capitulum, & idem Chorum, & post Sacristiam, demum Bibliothecam magnam introierunt, ubi omnes Fratres per ordinem positi hinc, atque inde Pontificis pedes osculati sunt. In primo ingres-

cifixo, & in ipso hostio Chori fuit solium Papae, citra autem fuit Altare versus ad Portam, ita ut celebrans verteret faciem ad Portam Ecclesiae Cardinales hinc inde, & Praelati ad sinistram Papae post sedile Cardinalium, Cantores post terga Episcoporum Cardinalium. Papa fecit ibidem prandium cum octo Cardinalibus sumptibus Cardinalis de Flisco Protectoris Fratrum.

De

---

ingressu Bibliothecae a dextris, & a sinistris locus erat ornatus tapetiis, mirthis, & lauris virentibus. A dextris erant omnia Archiep. Antonini indumenta, a sinistris vero eius Opera originalia, & libri, quorum unum legendum accepit Pontifex. Visa ergo, & circumspecta latina, & graeca Bibliotheca, ibique per horam cum Cardd. moratus ad Capitulum Iuvenum se convertit, perpulchre enim fuerat ornatum, ibique decem annorum, & totidem quadragenarum Indulgentiarum reliquit Fratribus illud visitantibus toties quoties, ut patet per lapidem ibi appositum ante ostium in pariete. (*Leo X. P. M. die Epiphaniae MDXVI. hoc Oratorium Ingressus X. annos, & X. quarantenas Fratribus toties visitantibus concessit.*) De B. Antonino Sanctorum Cathalogo ascribendo commissa est causa Card. Puccio Flor. Hic duos inquisitores vitae, & miraculorum eius instituit, & multa inventa sunt, ita ut de Sanctitate illius non sit ambigendum. In die Cinerum dum Florentini Domini Cathedralem Ecclesiam visitarent, cum Pontifex solemnia celebrari faceret, Archiep. Antonini Canonizationem petierunt, quibus Pontifex promissa praestitit ampla, nunc iterum expectant. Visitato igitur Conventu reversus est Pontifex domum paternam ante inceptas Vesperas, ubi semper habitavit.

De his, quae Florentiae occurrerunt usque (1) *ad recessum Papae inde ad Urbem*.

CUm propter extremam rerum omnium penuriam, seu potius miseriam insupportabilem qua Populus Florentinus Curiales, ut inimicos, per-

(1) Tertio idus Ian. adiit Abbatiam S. Bartholomaei Ord. Lateran. ad radices Montis Fesulei, quam ab ipsa ineunte aetate maxima veneratione prosecutus est, & ubi decimoquarto aetatis suae anno insignia Cardinalitia assecutus est ex mandato Innocentii VIII. decima die Martii ann. MCCCCXCII. per manus Matthaei Bossi Can. Lateran. excellentissimi Viri qui sacram Ceremoniam in suis operibus edit. 1627. pag. 288. descripsit, & est huiusmodi. „ Ad nos post meridiem (Ioannes) conscendit parvo suorum admodum comitatu, & humili, ac simplici cultu. Postridie adfuit mane Ioannes Picus Mirandula noster, & Iacobus Salviatus, Cardinalis Sorotius, ac Simeon Staza Notarius, cum quibus hora diei circiter sexta de Cubiculo egressus Sacer Adolescens Templum intravit. Ubi primum in Virginis laudem (Sabbatum enim erat, dies Virgini vetere religione dicatus) ritu, cantuque solemni agi coepit ea res sacra, quam vulgo dicimus Missam; in qua cum prius Sacrosanctum ego Domini Corpus, Sanguinemque libassem, tunc ille ante Aram in genua flexus communicavit singulari humilitate, & quantum agnosci poterat devota quidem mente, & erecta semper in Deum. Peracta re sacra vestimenta mox a me quoque sunt benedicta, postea vero sublata manu Bullam, Breveque Pontificis Maximi tenens, illum hunc in modum affatus equidem sum. Quod tibi Ecclesiae Sanctae Dei Patriae, Generique tuo felix, salutareque sit, hodie Iohannes Medices decursum est trien-

persequebantur, ego Florentiae stare non possem, nec vellem, inde discessi invitatus a Reveren-

---

triennium Cardinalatui tuo per hanc Bullam, Breveque praefixum. Legant qui volunt. Servata sunt omnia, de quibus tu Simeon publicam tabellam, testimoniumque conficito. Subinde Pallio a me indutus est ita precante; Induat te Deus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & Sanctitate veritatis. Biretum denique, Galerum, Annulumque porrexi, his rursus cum verbis. Haec sunt decora dignitatis sublimis tuae a Sede Apostolica tibi tradita, atque concessa, quibus quandiu vixeris, ad Dei laudem, tuique salutem utinam semper utare. Quibus ita peractis Himnum Veni Creator Spiritus canoris vocibus ante Aram Fratres cecinere. Postremo quantam Cardinalis singulus potest, indulgentiam elargitus astantibus, & eamdem visitantibus Altare eodem die quotannis, rediit nobiscum in domum. Paulo post prandium Petrus Frater cum paucis en adfuit, delatus sonipede mirae ferocitatis, ac magnitudinis, auratis bracteis quaque fulgente. A Porta interea S. Galli, qua itur Fesulas, tanta effusa equitum, ac peditus manus, ut plena undique via nulli contra in Urbem eunti transitum cederet. Quae omnis multitudo sistere iussa est ad Munionis Pontem, nec datum ulli quidem cis pontem, amnemque transire. At vero rebus caeteris ex constituto dispositis, descendit ille cum Fratre, traiectoque flumine exceptus est medius inter Pontifices, Prothonotarios, alios Praelatos, ac primiores Urbis Cives, & ambitiosissima pompa deductus in Urbem per viam maiorem, quae ad aedes ducit suas. Qui cum pervenisset ad Virginis Nuntiatae Basilicam, mula descendens, ad illius humiliter se constravit Aram, pro se orans voce submissa. Inde ad Divae, Liparatae (idest Reparatae) Templum profectus pari modo sic est opem, gratiamque precatus. Denique in Lares se recepit, quos habitat suos. Ubi fer-

rendissimo Domino meo Cardinali Germano de Grassis, & Bononiam petii, ubi e contra omnium vi-

---

ferme tota in unum conspecta est Civitas ita frequens, ut non via modo, sed fenestrae, & tecta ipsa vix caperent prospectantes. In sequentem vero noctem iuges in plateis, inque turribus, & pinnis ignis collucentes illuminarunt veluti diem, & conclamantium vocibus, omnifariisque tinnitibus, atque crepitibus aeter semper insonuit, ut obliti sint homines somnos hac tanta laetitia, inspectumque sit quanti faciat Reipublicae servatorem, & Columen gratissima Civitas ,,. Huc usque Matthaeus Bossus. Eadem die Pontifex Max. proximam D. Hieronymi Ecclesiam adiit, ubi Congregatio Hieronymiana initium sumpsit anno circiter MCCCC. iuxta Polidorum Virgilium a B. Carolo de Monte Granello Dioec. Sarsinensis. Ibi legitur in petra exculpta insequens memoria

D. O. M.

A dì 11. *Gennaio MDXVI. la Santità di Nostro Signore Papa Leone X. salendo la presente Scala concesse un anno, e una quarantena d' Indulgenza a tutti quelli che la saliranno.*

Et alibi:

La Santità di N. S. Papa Leone X. fu in questa Chiesa addì undici di Gennaio millecinquecento sedici, e per ispetial devotione porta al detto Santo oraculo vivae vocis *aggiunse cento anni, e cento quarantene a qualunque visiterà detta Chiesa per ciascheduna volta, et alla Scala ha concesso un anno, ed una quarantena a chi la salirà.*

Utrum, nec ne Fesulis per aliquot dies permanserit, non latet; ex quadam vero eius Bulla in Arch. Diplom. delitescente Antonio Forteguerri, & Vincentio Buti Canonicis Pistoriensibus directa, nono Kal. Febr. 1515. Fesulis apud aedes Episcopales divertisse innotescit, dum legitur, *Datum Palatii Fesulanae Dioc. &c.*

victualium abundantissima affluentia erat, & ibi mansi, usque quo intellexi Pontificem (1) deliberatum esse inde discedere, & sic die Lunae XI. Februarii recessi ex Bononia, & veni Florentiam ad Papam, qui me licentiavit, ut ad Urbem Romanam venirem simul cum Corpore Christi per viam rectam, & licet male consultus fuerit Papa praemittere Sacramentum per tot dies ante Pontificem, quia ipse per aliam viam non rectam intendebat ad Urbem redire, inde ad XII. dies & sic ire sine Sacramento, quid Pontifex nunquam deberet facere, tamen nihil ego replicavi ad haec, ne forsan Papa mandaret ipsum Sacramentum, & me simul cum eo expectare, quod mihi non placebat stare in ea miserrima (2) Civitate,

---

(1) Absente Grassio Leo in Metropolitana Ecclesia sexta die Febr., quae Cinerum erat, cum tota Curia solemnis Missae celebrationi praefuit, ac Cinere de more circumstantes aspersit. Sacris peractis Florentinae Reip. Magistratus, qui celebritati adfuerant, ad SS. Pontificis pedes provoluti, ut B. Antoninum Archiep. Flor. Sanctorum in Albo adscriberet, supplicarunt. Annuit illico pius Pontifex, ac eius rei curam Iacobo Simonetae Rotae Auditori commisit.

(2) Non sic de Civitate Flor. eiusque Civibus sentiebat Petrus Delphinus Camaldulensium summus Praefectus, in Epistola, quam in publicam lucem edi adhuc in communibus votis est, ad Vincentium Quirinum Venetum, qui Florentiam profectus, se istius Civitatis elegantia, morumque comitate mirifice captum fuisse Petro scripserat. Respondit Petrus. „ Placituram tibi Florentiam numquam dubitavi. Est enim eiusmodi, si aedes sacras, si profanas, si Xenodochia, & alias structuras miro artificio exaedificatas consideres, quae ob sui venustatem, & elegantiam

te, ideo eadem die inde recessi (1) cum celeritate, & ad Urbem die Sancti Petri in Cathedra perveni, & simul cum Sacrista, & aliis Praelatis dimisimus illud in Ecclesia de Populo, sicut Papa iusserat. Hoc autem tempore, quo ego Bononiae mansi dimisi substitutum meum Hippolitum Morbiollum (2), sic volente Pontifice, & ipse, omnia quae occurrerunt, executus est, tam quo ad distributionem Cereorum in die Purificationis, & Cinerum in prima die quadragesimae, quam ad alia omnia pertinentia ad officium Ceremoniarum, quae quidem omnia sicut fuerunt per ipsum executa, ita etiam per eumdem scripta.

Re-

---

tiam omnibus placere debeat. Quae sint istorum Civium ingenia, qui mores, & studia; ex illorum congressu facile potuistis advertere. Quamobrem si a Civitatis Antistite, & aliis tum Religiosis, tum primariis Civibus officiose habitus es, atque humaniter acceptus, non est quod mei gratia id factum putes. Non enim es tu is, qui latere diu apud Florentinos potueris, cum suapte natura procul odorentur hominum praestantiam, & sapientibus, atque eruditis mirifice deferant. „ Hactenus Petrus Delphinus, qui temporibus Paridis de Grassis florebat.

(1) Auctor noster Florentia discessit XVI. Kal. Martias, ut videre est in Lib. A. ab ann. 1506. ad 1521 Archiv. D. Laurentii, ubi legitur: „ A dì 14. Febbr. 1515. andammo (noi Canonici) *capitulariter* a accompagnare il Sacramento del Papa fin fuori della Porta a S. Pier Gattolini. „

(2) Erat Hippolytus Morbioli Paridis ex sorore Nepos, cui cum regressu anno MDXVII. Officium non solum, sed Ecclesiam S. Celsi de Urbe, cui Paris a pluribus annis praeerat, abdicavit.

Reditus Pontificis ex Florentia in Urbem.

CUm diceretur Pontificem ex Florentia die Martis III. Februarii (1) recessurum, atque in Urbem die Iovis, quae erat medietas quadragesimae Februarii venturum, consultavi cum Reverendissimo Domino Cardinali Vulterrano (2) Urbis Legato super receptione Papae, ut honeste intraret, ac etiam misi substitutum meum obviam Pontifici usque ad Castrum Insulae, ut intimaret Suae Sanctitati praeparationes meas &c.

---

(1) Die XVIII. eiusdem mensis e Patria Romam petiturus discessit, quo tempore Reipublicae praeerat Bernardus Morellus Iustitiae Vexillifer, una cum Prioribus Baptista Cicciaporcio, Francisco Ser Francischo, Francisco Gerardo, Iacobo Spino, Ioanne Vivario, Paulo Bencio, ac Taliano Gagliano.

(2) Nempe Franciscus Soderinus Flor,, Episc. Volaterranus, Episc. Card. Sabinus, dictus *Volaterranus*.

F I N I S.

